Fragmentarium

AA 90 4

carni et sanguini adhuc communicaremus. Illic stat. Dicit cunctos perfec-
tos et imperfectos: perfectis gratiarum actio, imperfectis expiatio.
Quicumque dominicam cenam digne vult manducare percipiendo corpus (4)-1
illius, id est in percipiendo cibos alios communicare debet ea ita, qua cena
domini omnibus recumbentibus communis fuit, non solum alicui, sicut proditori
Iude. Sed non mirandum quaeritur ab aliquibus quare Salvator noster post cenam
corporis et sanguinis sui sacramenta apostolis dederit, tamen processerit
ista consuetudo universalis ecclesie, ut ieiuni deinceps eadem sacramenta perci-
pe. capli ea xnatt accepunt, et dominus ita ordinavit. Cur respondendum
est: ideo tunc cenato communicasse discipulos, quia necesse erat tunc illud
pascha typicum antea consummare, et sic ad veri pasche sacramenta transi-
re. Ideo dominus non constituit postea nos ieiunos percipere sacramenta eucaristie,
ut preberet eis apostolis honorem aliquid in sancta ecclesia ordinandi, quod
post ascensionem a spiritu sancto edocti ordinaverunt in honorem
tanti tamque terribilis sacramenti, primo nos ieiunos dominice passionis par-
ticipatione muniri, primoque spiritualibus epulis intus grauiq; fac-
ri, ac deinde terrenis dapibus et visibilibus escis corpus refici cum gratiarum
actione et circumspectione atque sobrietate.

Ivo Dei gratia Carnotensis ecclesie minister, Pontio venerabili Clunia-
censi abbati, in regimine sibi commisso placere summo rectori.
Quesivit a parvitate mea prudens diligentia vestra quid in sig-
nificare videatur calicis elevatio et eius repositio, et quid
significent ille consignationes que fiunt super calicem, iuxta et cetera
que pretermissa videntur in libello quem composui de convenientia
veteris et novi testamenti. Quod ideo pretermisi, quia ad illam convenientiam
de qua in opusculo illo agebatur aut parum aut nichil pertinere vide-
bantur. Cum vero ista pro consideratione mistice aliquid continere videantur,
per illas consignationes que distincte ante istas interius lociſ ſite
ɔlocantur. In his enim spiritualiter intendimus ut illa dona que vocantur
sacrificia in verum corpus et sanguinem convertantur, et immutata salutaria ꝑbaco

fl. Cod AA 90 (4)

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.4, 1r – Haimo Halberstadensis, Expositio in Pauli epistolas; Ivo Carnotensis, Epistola ad Pontium Cluniacensem; Excerpts from a collection of sententiae from the school of Anselm of Laon; Carmina (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bd8p/5185/49539)